

## No. 51. 1368. 20. Apr.

*Der Probst und das Domcapitel verordnen in Betracht der Verdienste, welche der Vorsteher des Hospitals Joh. v. Litzewicz um dasselbe sich erworben, dass seine Nachfolger wöchentlich eine Messe zu dessen Gedächtniss halten sollen.*

In nomine domini amen. Nos Henricus de Slynicz praepositus, Nicolaus decanus totumque capitulum ecclesiae Misnensis — attendentes et pensantes grata fideliaque servitia, quae honorabilis vir dominus Johannes de Litzewicz, magister et rector hospitalis nostri in Misna nobis ac dicto nostro hospitali exhibuit benivole et impendit et praesertim in eo, quod silvam quandam sive rubetum dictum in Lubano, situm prope silvam dictam Spiczzenberg, quod pro viginti sexagenis grossorum Fribergensium, et agros, in quibus quindecim modii frumenti mensurae Misnensis seminari possunt, sitos in campis villae Köln prope Misnam, quos similiter pro viginti sexagenis grossorum praedictorum, nec non decimam decem et octo modiorum, videlicet sex siliginis et duodecim avenae Dresdenensis mensurae, sitam in villa dicta Kotenewicz<sup>a)</sup> propriis suis sumptibus et pecuniis comparavit eosque ac eas praefato nostro hospitali fecit et obtinuit appropriari. Cupientes igitur haec et alia multa fidelitatis obsequia nobis et eidem hospitali nostro per dictum dominum Johannem exhibita et in futurum exhibenda ipsius exigentibus meritis dono recompensare benivolentiae specialis, matura deliberatione praehabita unanimi consensu statuimus et ordinavimus ac praesentibus volumus et ordinamus, quod omnes et singuli memorati hospitalis nostri magistri et rectores, antedicti domini Johannis successores, qualibet secunda feria, nisi festum alicuius sancti vel proprium ipsius diei officium impediat, alioquin altero die eiusdem hebdomadae quando commodius fieri poterit, in remedium animae dicti domini Johannis ac progenitorum suorum unam missam pro defunctis, in qua ipsius et eorumdem progenitorum suorum memoria specialiter et praecipue habeatur, perpetuis debeant temporibus celebrare, alias omnes et singuli dicti hospitalis post ipsum rectores huiusmodi nostrae ordinationis transgressores poenae suspensionis ab ingressu ecclesiae subiacebunt. In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri praesentibus duximus appendendum. Datum et actum Misnae anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>mo</sup>. LXVIII<sup>o</sup>. feria quinta post dominicam, qua in ecclesia dei Quasimodogeniti decantabatur.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Capitels an einem Pergamentstreifen.

a) Jetzt Ketzergasse. Vgl. Bd. 1. S. 91.

## No. 52. 1371. 2. Febr.

*Bürgermeister und Rath erklären, dass der Streit wegen eines von dem Feldgrundstücke gen. der Wasserrabe an die Frauenkirche und die Elbbrücke zu leistenden Zinses für immer beigelegt sei.*

Wir Nyckel genand Becherer burgirmeystir, Hannus Kempnicz, Nicolaus von der Heide, Hannus Eckilman, Hannus Gebischz, Herman Schulteysse, Petir Gumpicz,